

dicatur antiquum tempus, secundum Ant. de Bur. in c. illud, de presum. que & alios referens sequitur Tiraq. ubi sup. fol. 176. vbi etiam inquit eius arbitrio, quod diuturnum dicatur. Itaq; ad hoc vt sit tolerabilis & admittenda ignorantia in facto proprio de antiquo & longinquo, non recte attenditur, sed hoc tempus arbitrio iudicis relinquatur per suprad. & quia tempus regulariter arbitrio iudicis relinquatur, vt probat tex. in l. 1. ad fin. ff. de iur. delib. per quem text. in nostris propriis terminis obliuionis tenet glo. in dicto s. quod autem, verb. propter absentiam, de vsucap. & gl. etiam in d. l. firmiter, gl. pen. ad fin. ibi. Item longum accipe, quantum iudici videbitur, per quod obliuio inducatur. Addit insuper gl. non requirit longum tempus decem vel 20. annor. Cuius ratio esse potest, quia illud requiritur quoad prescriptionem, de qua nos non agimus, sed tantum de iusta obliuione, tum preterea, quia si tam longum tempus requireretur, iam non esset arbitrium, sed certum & determinatum, quod est contra communes sententias & resolutiones supradictas, nam iuxta negotij qualitates est arbitrandum modicum vel magnum tempus, vt in terminis tenet etiam additio Bart. cum Io. Andr. in d. l. si id, quod, littera B. ad fin.

Et inquit eleganter Socin. Sen. consilio 260. numero 3. in secunda parte consil. quod propter multitudinem negotiorum tolerabilis est ignorantia in facto proprio, ita quod post mensem presumatur iusta obliuio, & tandem concludit, hoc totum relinquendum esse arbitrio & religioni iudicantis, tanquam a iure non expressum, iuxta regu. d. l. 1. in fin. ff. de iur. delib.

Hac tamen 2. secunda principalis limitatio ad d. regulam intelligi debet, vt procedat, quando tractatur de damno vitando, tunc in facto propria de antiquo bene tolerabilis est ignorantia lectus vero quando tractetur de lucro captando, quia talis ignorantia non excusat, vt quis conquiretur lucrum: ita limitant Bart. & alij per tex. ibi in d. l. qui fundum, s. seruus, ff. pro empt. quitur Iaf. in dict. l. si res obligata, numero 36. vbi Alexand. allegat ad hoc in duobus locis, & sequitur Curt. lun. in l. quod te mihi, num. 43. & ibi Socin. numero 48. & quod ignorantia in facto proprio sit tolerabilis, indistincte, absque distinctione temporis modici vel longinqui, quando ignorans tractat de damno vitando, tenet expresse gl. per text. ibi in l. sed & si me pntem, verb. potero, ff. de condit. indeb. limitans ita reg. supradictam, l. quamquam ff. ad Velleian. quam glo. ibi sequitur Iaf. qui legit illam, l. sub. l. si pona causas, s. si pntem, numero 2. ff. eo tenet etiam gl. in l. cum is, in princ. in gl. repetet, in fin. ff. de condit. indeb. Et ita expresse Bar. idem Bar. in l. cum de indebito, in princ. numero 5. de probat. Et ita tertio modo potest limitari reg. d. leg. quamquam, cum similib. vt procedat, quando agitur de lucro captando: Secus vero si agatur de damno vitando.

Secundo 3. suprad. secunda limitatio principalis ad d. regulam intelligitur & sublimitatur, quando factum proprium de antiquo esset arduum & notabile, quia tunc non est tolerabilis ignorantia, vt probat text. in c. proillorum, & ibi notat Abb. in vltim. notabil. de senten. excom. ita tenent Alex. numero 2. & Iaf. 36. in dict. leg. si res obligata, vbi alios allegant idem tenentes.

Tertio suprad. 2. limitatio intelligitur & 7. limitatur secundum eandem, quando factum proprium esset obligatorium alteri, nam tunc non toleratur ignorantia in facto proprio propter lapsum temporis, vt tenet Bald. (quem ipsi referant) in l. vnic. C. de confess.

Quarto 4. limitatio intelligitur, limitationem Iaf. ubi supra. (& nunc ad rem) quando interuenisset iuramentum, quia tunc in facto proprio raro quantumcunque longinquo & de antiquo, non est tolerabilis ignorantia secundum Bald. quem refert in capite 1. de nou. form. fidelit. quasi dicatur arduum propter iuramentum, sequitur Marc. Anton. Bauer. in tract. de iur. & iur. iurament. numero 26. volum. 5. tractatu diuer. Dd. fol. 20.

Ex qua 4. sublimitatione colligitur maximus effectus iuramenti vltro alios & robur ipsius, vt facit actum alias paruum, arduum & notabile, ad hoc vt in eo non cadat iusta obliuio. Cuius ea poterit esse ratio, quia nemo presumitur immemor eterne salutis, c. sancimus, x. q. 7. quae salus spiritualis versatur in conseruatione iuramenti, vt in tot. tit. de iur. iur. in Decr. & in 6.

Vltimo pro 5. complemento huius cap. est aduertendum, quod quando quis est debitor ex facto suo, sufficit quod per creditorem denuntietur sibi quod soluat, absque offensione instrumenti debiti, nam cum ex facto suo dependeat, intelligit vel intelligere debet se debere, quia in facto proprio non est tolerabilis ignorantia, vt in d. l. quamquam cum similib. ff. ad Velleian. (adde tu, praecipue quando factum est alteri obligatorium, vt supradictum est in tertia sublimitatione secundae limitat. principalis d. regul.) ita in terminis tenet Bar. in d. l. quod te mihi, n. 15. ff. si cer. per. vbi cum omnes Dd. indifferenter sequuntur: quod etiam procedit in omnibus casibus suprad. & si qui sunt alij in quibus fallit d. reg. l. quamquam, quod sufficit simplex denuntiatio: ita tenent in d. l. quod te mihi, Socin. numero 48. Curt. 43. Rip. 66. vbi hoc duob. modis sublimitat.

Si autem aliquis esset 7. debitor ex facto alieno, vt quia esset haeres vel procurator promississet, tunc ad constituendum in mora, non sufficit simplex denuntiatio, quia haeres vel dominus hoc casu non intelligit nec intelligere debet se debere, quia in facto alieno est tolerabilis ignorantia, vt in l. fin. ff. pro suo. Et ideo est necessarium, quod hoc casu simul cum denuntiatione ostendatur instrumentum debiti, secundum Bart. ubi supra dicto numero 15. Et ibi bene declarat eius additio litera G. & littera H. & est communis opin. secundum Socin. ibi numero 50. & ad regulam dicta lege fin. ff. pro socio, quod de facto alieno sit probabilis ignorantia, ponit 4. fallentias Iaf. in dicta lege si res obligata, numero 39. & seq. ff. de leg. 1.

S V M M A R I V M.

- 1 Spoliatus ante omnia est restituendus non admittitur probatio proprietatis, etiam si offeratur in promptu, & numero 9.
- 2 Hoc procedit, etiam si allegetur spoliatus per viam exceptionis aduersus agentem super aliis rebus.
- 3 Spoliatus a iudice iuris ordine non seruato, ante omnia est restituendus.
- 4 Rescripta seu inuoluta principum de aliquo spoliando

De celeri restitutione spoliatorum.

SPOLIATVS ante omnia est restituendus non admittitur probatio proprietatis, etiam si offeratur probatio in promptu, l. 1. §. 1. & ibi gl. in verb. ad recuperandam digest. de vi & vi arm. l. si maritus, Cod. ad l. sul. de vi, & in l. 1. Cod. si per vim, vel alio mod. & c. ibi. Sine vlla cunctatione restituatur, & ibi, Reformato statu, & c. & in cap. 1. & ibi gl. 1. de restit. spol. & in cap. item cum quies, & ibi Abb. in fin. & in c. in literis, eod. tit. vbi quod etiam praed. ante omnia est restituendus, vt in d. l. 1. §. qui a me, & l. momemaneas, C. unde vi, & in c. redintegrandas, 3. q. 1.

Et procedit etiam hac reg. 7. si spoliatus opponat spoliatum per viam exceptionis aduersus agentem contra se super aliis rebus, & alleget se non debere respondere quouique sit restitutus, nam confitio de spolio, spoliatus ante omnia integre est restituendus, & postea respondebit actioni. Ita probat expresse l. 5. tit. 10. p. 3. & ibi Greg. Lop. glo. fin. refert, quod in hoc de iure communi esset dispositum, & spoliatus debet in integrum restituere vsque ad vltimum quadranteum, tam possessionis quam fructuum, adeo, quod si vnus nummus defuerit, non teneatur in aliis respondere, secundum Bald. in c. conuenerit, col. 1. de restit. spol. quem refert & sequitur Rol. a Val. consil. 53. num. 26. libr. 1. suprad. limit. quando spoliatus reconuenitur de praecedenti spolio eiusdem rei, nam tunc non debet ante omnia restituere, vt cum Capol. consil. 6. col. 3. 2. dubio restituit Celsus de consil. 119. num. 6.

- 5 Spoliatus a iudice in beneficiis iuris ordine praetermissis ante omnia est restituendus cum redditibus.
- 6 Licetum est vnicuique nolle dimittere possessionem sine legitima causa cognitione, & potest contradicere non obstante, quod in literis Pape sit clausula, Conuadiuores, & c.
- 7 Exsequio solutionis recte facta, quia erat vere debitum, licet non rite, quia non fuit seruatus iuris ordo, non reuocatur nec spoliatus restituatur, agitur que de intellectu l. fin. in ff. quod met. causis.
- 8 L. 2. & 6. tit. 12. lib. 4. nou. recop. Reg. intellectus & concordia.
- 9 Contra spoliatum factum cum violentia non admittitur probatio domini, etiam in continenti, nisi notorie constet de iure proprietatis ex privilegio vel senectutis, vel alio simili titulo, non tamen sufficit, quod constat per scripturam, in qua continentur vota consiliarium Regalium, in alio vero spolio bene admittitur probatio in continenti, & numero 14.
- 10 An contra agentem interdicto quorum bonorum obstat exceptio domini? remissio.
- 11 Reconuenit an & quando habeat locum in causa spoli? remissio.
- 12 Res si lite pendente super interdicto retinenda spoliauerit aduersus, potest implorare officium iudicis pro restitutione possessionis interdicto recuperanda, antequam decidatur lite pendens super interdicto retinenda.
- 13 Spoliatus non est ante omnia restituendus, quando facta restitutione causa proprietatis non remaneret salua, quia possessio non potest postea de facili recuperari.
- 14 Agenti recuperanda si obiciatur exceptio domini, & actor non contradicat cognosci super ea, iudex bene potest ferre sententiam super dominio.
- 15 An contra agentem remediis recuperanda propter spoliatum admittitur nominatio domini per possessionem remissio.
- 16 Dominus an post spoliatum possit habere ratam exceptionem possessionis suo nomine factam ad effectum, vt possit agere contra spoliatum recuperanda? remissio.
- 17 Agens recuperanda quid debeat probare?
- 18 Spoliatus inhabilis ad tenendum & possidendum, non est ante omnia restituendus, nisi prius ostendat titulum & habitationem.
- 19 Inuolutus possessor etiam est citandus ad restituendam suam possessionem alteri, qui dicit se spoliatum, nisi quando index de facto immiserit aliquem in possessionem non citato possessore, quia tunc facta esse debet ad restituendam possessionem spoliato etiam sine citatione possidentis nunc.
- 20 An contra agentem remediis recuperanda, obstat exceptio dolo facti & c. remissio.
- 21 Renuntiatio spoliati post spoliatum facta cum iuramento super ipso spolio, an impediatur restitutionem, qua alias spoliato ante omnia fieri debebat: optima questio.
- 22 e. follicite, & c. accepta, de restit. spol. intellectus.
- 23 Renuntiatio spontanea petitory in profanis, an obstat in possessorio.

Imo spoliatus a iudice 7. iuris ordine seruato, ante omnia est restituendus, vt in l. meminerit, C. unde vi, & in l. 3. tit. 1. 4. libr. 3. ordin. ver. quae hodie est l. 2. tit. 1. 3. lib. 4. nou. recopilat. Reg. vbi D. Azeu. late nouissime, n. 26. cum sequentib.

In quib. 7. legibus, & in l. 7. eiusdem tit. probatur, quod rescripta seu inuoluta Principum de aliquo spoliando vel priuando sua possessione, vel de eam capiendo propria auctoritate, intelliguntur iuris ordine seruato, & non alias nec aliter sunt implenda, licet sint obedienda: ita tenet allegans d. l. Regiam, Cels. consil. 119. num. 2. de quorum iurium materia agit bene Iaf. in leg. iuste possidet, num. 12. digest. de acq. poss. Decius, in leg. fin. num. 4. & 5. Coa. de edict. diui. Adrian. toll. & Matth. de Affl. decis. Neapol. 361. num. 35. & sequentib. & ibi n. 12. & seq. limitat, & ibi quoque eius additio, latius idem Matt. de Affl. & l. 1. confir. Neapol. n. 24. num. 31. & plurib. sequ. vbi n. 50. recte admonet iudices, vt quando recipiunt literas Regias sigillatas ad restituendum alteri possessionem suam, qua asseruit se esse spoliatum, citent prius partem in seculo tenore literarum, & mandent quod restituatur cum clausula iustificatiua, & si comparcat & dixit, quod non spoliauerit, tunc debet index ordinarie procedere, licet commissis non sit cognitio, nam ita intelligitur, etiam si non dicatur: iuxta text. in leg. & si non cognitio, & ibi Paul. de Cast. C. si contra ius vel util. pub. & ibi alios ad hoc allegat & probat aliis rationibus. Videndus est circa hoc nouissime Mexia, in l. Reg. Toler. in 1. fundat. 2. paratis, num. 30.

Eod. modo ¶ in beneficiis spoliatus a iudice iuris ordine prætermisso ante omnia est restituendus cum redditibus inde perceptis, vt probat expresse text. in cap. conuenerunt, de restit. spol. & in c. referent, & ibi Dec. num. 2. de prob. Soc. bene conf. 12. num. 10. & 11. vol. 1. tradit Boer. decis. 238. num. 4. adde Marant. disp. 1. num. 30. fol. 675.

¶ Vbi insert ¶ licitum esse vnicuique nolle dimittere possessionem, sine legitima causæ cognitione, & potest contradicere non obstante, quod in literis Papæ sit clausula contradicentes, &c. & ibi allegat alios ita tenentes. Et an auctoritate Principis alterius possessione occupata spoliatus sit ante omnia restituendus videndus est omnino Iac. Menoch. in 8. rem. d. recup. poss. num. 30. & plurib. seq. fol. 65. & seq. vbi latissime declarat.

¶ Si tamen exsequutio ¶ recte facta sit, quia vere debitum erat, non rite, quia non fuit seruatus iuris ordo, non est retractanda solutio facta, nec spoliatus est restituendus constituto quod erat debitum, quia non fuit spoliatus vt ablatina nec expulsiua, sed compulsiua auctoritate iudicis, in quo adfuit voluntas ipsius spoliati, quia metu potestati soluit, & licet fuerit coactus, adfuit tamē voluntas, quia voluntas, voluntas coacta est, vt in l. si mulier, ff. de iur. iudic. caus. ita probat text. notabilis, sing. & vnicus in iure in l. si ver. ff. quod met. caus. cuius verba sunt hæc: quod si debitor satis fecerit simplici iussione, & non cognitione habita, quāuis non extra ordinem exactionem fieri, sed civiliter oportuit, quia tamen soluitur ab eo quantum profecerunt renouari incivile, quem text. ad hoc ibi & alibi sepissime notant Dd. & in l. a diuo Pio. §. in venditione, ff. de iud. Iacob. Menoch. in 1. respon. caus. Finarum. num. 40. ver. secundo allegatur, fol. 201. sui tractatus recup. poss. vbi num. 48. addit ex Art. aliam rationem ad d. §. fin. scilicet. quod ibi aliquid fuit acquisitum soluenti, scilicet debito, quandoquidem vere debebat. Et procedit text. ille, etiam si defuerit citatio, vt constat ex ipso ibi. Simpliciter iussione & non cognitione habita, quod tenet Paul. de Castr. in lege si cum nulla, & ibi Alexand. num. 8. digest. de re iudic. vbi bene declarant in proposito text. illum, quos refert Auil. capit. 11. præ. in gloss. sententiandis, num. 1. in fin. fol. 149. quicquid in contrarium dixerit additio marginalia dist. paragr. fin. Et ita per illum text. limitat supradict. regulam positam, in princip. huius cap. Ripa in leg. naturaliter, paragr. nihil commune, numer. 74. digest. de acquir. poss. vt non procedat in spoliato per vim compulsiuam, contra quem obstat proprietatis exceptio, secundum Bald. & Alexand. ibi, & allegat alia iura pro hac limitatione non ita expressa, sicut dist. paragr. vt ipsemet dicit. Et iste videtur magis communis intellectus ad illum text. vt nouissime post huius operis tertiam editionem refertur D. Azeued. in leg. 2. titul. 13. lib. 4. novel. collect. num. 35. Et aduerte, quod decisio text. in dist. leg. fin. paragr. fin. sic intellecta approbatur in effectu in leg. 6. titul. 13. lib. 4. novel. recup. Reg. vbi dicitur, quod spoliatus ante omnia debet restitui, nisi spoliator intra triduum probet, que per mandato de inez competente tota la possessione de los dichos bienes. Et ex dist. leg. fin. paragr. fin. apud suprema tribunalia orta est præstia, quando causæ executiua ad ea defertur per viam appellationis, vt si aucto publica circa formam in ea requisitam a iure Regio, aut aliam more regionis receptam peccauerit, alioqui iu-

re optimo, iuste facta exsequutione, reuocatur ipsa iudicis pronuntiatio, toraque exsequutio, & mandat omnia bona iure exsequutionis capta ipsi reo restitui absque vllis expensis cum eorum fructibus, modo prius soluat quantitatem in ipso publico instrumento nominatim expressam, datis ab actore fideiussoribus, iuxta leg. Regiam Tolens secundum D. Couar. lib. 2. var. resol. cap. 11. num. 3. & Didac. Perez, in l. 4. titul. 8. lib. 3. ordinamens. colum. 1071. & D. Paz in sua practica. 45. part. 1. tom. capit. 3. num. 43. & 44. refert nos hoc in loco, & sequitur Azeued. vbi supra, num. 50.

Nec contra ¶ d. l. fin. & d. l. 6. Regiam obest text. in d. l. meminere, C. vnde vi & d. l. 2. Regia supra allegata, in quibus probatur, quod spoliatus per iudicem, iuris ordine non seruato, est restituendus ante omnia. Nam primo respondeo, quod d. l. Reg. 6. debet intelligi, quando iudex iuris ordine seruato processit. Vel secundo & melius, quod intelligatur tantum in casu 5. præcedentis, ad quam declarandum venit d. l. 6. vt ex principio ipsius expresse constat, scilicet, quando creditor auctoritate iudicis competentis cepit possessionem bonorum sui debitoris, vel personam ipsius ratione debiti sui, & sic recte, licet non rite, quia fuit prætermissus ordo iudiciarius, sicut in casu d. l. §. fin. digest. quod met. caus. Nam ibi debitor coactus vi compulsiua soluit debitum, quo casu cum detur voluntas factæ coactæ, quæ est voluntas, merito, quod sibi non detur restitutum. At vero in casu dist. leg. Reg. 2. & dist. leg. meminere, spoliatus non erat debitor, sed spoliatus aliud ius contra ipsum vel eius bona prætendebat, & iudex absque citatione & iudicio iussit, & sententia pronuntiauit possessorem spoliandum esse. Nam isto casu spoliatus restituendus est ante omnia, non obstante, quod sententia & auctoritate iudicis fuerit spoliatus, quia hæc est vis expulsiua, in qua non datur voluntas vllō modo, nec constat quod sit debitum: ita in effectu conuert. dist. leg. fin. paragr. cum dist. leg. meminere. Alexand. in d. l. a diuo Pio, §. in venditione, n. 7. relatis aliis tribus solutionibus Imolæ, quæ mihi non placent, & sequitur expressius hanc concordiam Rip. in d. §. nihil commune, n. 74. & ita est tenendum.

Et ¶ quia regula suprad. posita princ. huius cap. bene lecta & declarata est per plures Doct. tam antiquos, quam modernos, ideo procedam remissive, addendo aliqua in transitu vtilia, quousque perueniam ad nostrum propositum de iuramento. Et regulam hæc, quod spoliatus ante omnia sit restituendus, optime declant & limitant pluribus modis Rip. in dist. leg. naturaliter, paragr. nihil commune, numer. 46. & seq. & ibi Beren. Fernand. in repet. concl. 2. numer. 44. Sociu. regul. 378. & 379. & Cortes. in regul. spoliatus, & late Boer. vbi supra, per totam illam decisionem. Hugo Celf. conf. 119. numer. 6. & optime Anton. Gomez in leg. 45. Taur. numer. 182. & tribus seqq. & Iacob. Menoch. nouissime in suo tractat. quem facit de recup. poss. per totum. ¶ latissime omnium Anton. Gabriel. libr. 5. communium opin. concl. 1. de restit. spoliat. pag. 279. per totam conclus. De iure nostro Regio adde leg. fin. titul. 10. part. 7. & leg. 27. titul. 2. part. 2. vbi, quid si in continenti offeratur probatio dominij, & vtrouque Greg. Lop. Vide etiam lib. 5. & 6. titul. 34. lib. 3. ordinam. ver. & ibi Didac. Perez, Matth. de Afflict. latissime agit

agit de hac materia lib. 1. consil. Neapol. rubr. 24. num. 19. & pluribus seqq. Et inquit Auendan. in 1. part. cap. 4. prætor. num. 10. & 11. fol. 44. quod quando spoliatus factum est cum violentia, non admittitur probatio dominij etiam in continenti, nisi notorie constet de iure proprietatis ex priuilegio, vel alio simili titulo: secus vero est in alio spolio, quia bene admittitur in eo probatio dominij in continenti: ita declarat ipse de iure communi & Regio, & Greg. Lop. etiam in ad. legibus Regis, vbi concludit cum communi contra Bart. idem esse, quando constat in continenti de dominio per sententiam, de qua etiam videndus est Roland. à Valle consil. 1. num. 16. lib. 1. & latissime Azeued. vbi supra num. 40. cum sequent.

10 Et ¶ an contra agentem interdico quorum bonorum, obstat exceptio dominij, videndus est Matth. de Afflict. decis. Neapol. 14. per totam.

11 Et an, ¶ & quando in causa spoliij habeat locum reconuocatio, agit latissime Marant. de ordin. iud. 4. part. princ. in c. dist. in l. 3. & pluribus seqq. & l. 5. vers. Mas si el demandado, tit. 10. par. 3. dixi supra n. 2.

12 Item adde, ¶ quod si lite pendente super interdico retinenda reus spoliauerit actorem, potest implorari officium iudicis pro restitutione possessionis: interdico recuperanda, antequam decidatur lite pendens super interdico retinenda, secundum Bald. in l. si de proprietate, num. 15. C. si a non comp. iud. fuer. iud. quem sequitur Matth. de Afflict. decis. Neap. 156.

13 Item adde, ¶ quod si facta restitutione causa proprietatis non remaneret salua, quia possessio non posset postea de facili recuperari, tunc non habet locum regu. suprad. quod spoliatus sit ante omnia restituendus, vt late tradit Rol. à Vall. d. consil. 1. num. 32. & seq. quem vide pro limitatione huius n. 77. & seq. eandem opin. cum Paulo de Cast. & Alex. tenet Rip. in d. paragr. nihil commune, num. 75. vbi exemplificat: sequitur alios allegans Celf. d. consil. 119. num. 6. ad fin. vbi etiam exemplificat, quando agitur de possessione castri vel fortalitij.

14 Item ¶ si agenti recuperanda obiciatur exceptio dominij, & actor non contradicat cognosci super ea, iudex bene potest ferre sententiam super dominio, vt tradit Matth. de Afflict. decis. 193. Et hoc non tantum procedit, quando actor expresse cõsentit, sed etiam tacite, imo non sufficeret, quod spoliatus opponeret leuiter & simpliciter, quod non intendit ingredi iudicium peritorum, sed est necessaria clara protestatio, vt latissime probat plures allegans Menoch. vbi supra, in 1. rem. d. num. 161. & seq. qui num. 166. dubitat de vltimo supradicto, quia sibi videtur, quod sufficit simplex protestatio supradicta. Et quod sit necessaria dicta protestatio, quod non intendit deducere peritorum, nisi ad confirmationem possessorij, tradit Boer. d. decis. 238. num. 5. col. 5. illius num. ad fin. dicens, hanc protestationem sumptam fuisse ex c. 2. de ord. cog. Vnde consulo, quod hæc protestatio fiat copiose & ample. Item admittitur exceptio dominij, quando constat de dominio conuerti per sententiam latam in peritorio, non vero per scripturam, in qua continetur vota consiliatorum Regalium, secundum eundem Matth. de Afflict. decis. 303.

15 Et an ¶ contra agentem remedio recuperanda

propter spoliū admittatur nominatio domini per possessorem, videndus est idem Matth. de Afflict. decis. 217.

Item ¶ si quis nomine meo, absque meo mandato accipiat possessionem alicuius rei, spoliatur ea, an post spoliū possim ego ratificare captionem possessionis meo nomine factam, ad effectum, vt possim agere contra spoliantem recuperanda, videndus est idem Matth. de Afflict. decis. 300.

Et ¶ quid debeat probare agens recuperanda, ¶ 17 vltra Boer. vbi supra decis. 238. num. 3. videndus est Matth. de Afflict. Neap. 327. per totam. & melius idem d. lib. 1. consil. Neap. rubr. 24. num. 19. & seq. & optime Iac. Menoch. in suo tract. de remed. recup. poss. in 15. rem. d. num. 382. fol. 163. vbi plurimos allegans, inter quos D. Couar. concludit quod esse probanda, secundum commune interpretum sententiam antiquiorem, scilicet agentis possessionem, & nouam conuent. & num. seq. hoc bene probat, & sufficere allegare possessionem illius quidem temporis, quo conuiguit spoliū, & postmodum probare se olim possedisse, nam tunc præsumitur, qui olim possidebat, & tempore spoliationis possedisse, c. olim. el. 3. de rest. spol. c. suboratas, de re iud. Et in interdico, vnde vi, plures ita tenentes refert ibi num. 386. vbi num. seqq. hoc probat, & satisfact fundamentis tenentium contrarium, quos etiam refert & ponit alias ampliationes & limitationes ad dictam communem sententiam: videndus est omnino.

Item ¶ adde, quod regu. supradict. scilicet, 18 quod spoliatus ante omnia sit restituendus, debet intelligi, quando est persona habilis ad tenendum & possidendum, quia si sit inhabilis, ad hoc debet prius ostendere titulum & habilitationem, vt tradit bene Marthæ. de Afflict. dist. decisio. 361. num. 5. & 16. & 400. idem Matth. dist. lib. 1. consil. Neapol. rubric. 24. numero 54. vbi dicit, quod hoc debet probare in continenti, secus si longiorem peteret dilationem & examinationem.

Item adde, ¶ quod etiam iniustus possessor 19 debet citari ad restituendam suam possessionem alteri intentanti remedium recuperanda, qui dicit se spoliatum, vt late tradit alios allegans & amplians in notorio prædione, per text. in cap. 1. & in cap. in literis, de restit. spol. Celf. consil. 119. num. 2. & additio. Matth. de Afflict. d. decis. 361. litera C. & D. vbi hoc limitat, quando iudex de facto immisit aliquem in possessionem, non citato possessore, quia tunc facili debet esse iudex ad restituendam possessionem spoliato, etiam absque citatione possidentis nunc, quia de facto etiam debet restituere, sicut de facto fuit; licet dicat tutius esse, quod reuocatio fiat præsentem parte, vel citata. Et hinc processit practica aduocatorum, qui in libello petitionis restitutionis hoc casu solent dicere, quod sicut de facto iudex abstulit possessionem suæ parti non citatæ, ita de facto restituat. Et supradictam limitationem tenet etiam alios allegans Matth. de Afflict. dist. lib. 1. consil. Neapol. rubric. 24. num. 53. & Mench. plures refertens lib. 1. controuers. vsufrequent. c. 11. num. 13. & sentit Tiraq. in tract. res inter alios act. pag. 38. limitat. 39. dicens, quod factum a iudice parte non citata. potest ab eodem sine citatione retractari.

Et ¶ an contra intentantem hoc remedium recuperanda, obstat exceptioni Dolo facis, &c. quia

eras iniustus possessor, videlicet spoliator, vide latissime eundem Matth. de Afflic. decis. 403. per rot. præcipue n. 19. & seq.

21 Omittis ¶ aliis restat examinanda quaestio nostra, an renuntiatio spoliati post spoliū facta cum iuramento super ipso spolio, impediat restitutionem, qua ipsi alias tanquam spoliato ante omnia fieri debebat, ex regul. distorum iurium? In qua quaestione videtur primo dicendum, quod dict. renuntiatio sit nulla, tanquam inuoluntaria, per text. in cap. super hoc, de renuntiat. ibi, Quia illa ratio hoc verisimile reddit, ut quisquam beneficium, multis forte expensis & laboribus acquisitum, quo sustentari debet, facile sine causa, sua sponte renunciet vel resignet. Secundo, per text. meliorem in c. sollicito, de restit. spol. vbi est text. expressus, quod spoliatus beneficio debet ante omnia restitui, adeo ut non sunt admittendi testes alterius partis de iuramento, & renuntiatio sponte facta dicti beneficii, antequam restitutus fuerit spoliatus, quia non est verisimile, quod sponte iuri suo renuntiaverit, qui renuntiat spoliatus. Et ibi gloss. i. inquit, Ex eo, quia spoliatus renuntiauit, praesumitur, quod inuitus & coactus renuntiauit, unde contra talem praesumptionem non admittuntur testes, ut hic innuitur, nisi facta restitutione. Item pro hac parte sunt alia fundamenta, quae congerit Roderic. Suar. allegatione 23. column. 3. versicula. nunquid transactio, &c. ultra quem adest bonus text. pro hac opinione in c. post electionem, de concess. præbend. vbi probatur, quod institutio Archidiaconatus facta vni per Archiepiscopum Eborac. ad quem spectabat illius collatio, non potest per eundem conferri, non reprobata secundum iuris ordinem prima institutione, etiam si postea is, cui primo loco facta est institutio, resignauerit & abiurauerit ei, & collator prædict. resignationem & abiurationem receperit, sed imo prima institutio sortiri debet effectum, & postea agatur super resignatione & abiuratione prædict. Si igitur hoc ita est in casu illius text. vbi non fuit spoliū, quia primus non erat in possessione, à fortiori idem erit dicendum, quando primus fuit spoliatus, quia possidebat, licet in casu dict. text. spoliū etiam considerari possit respectu iuris acquisiti primo nominato per restitutionem eidem factam, imo spoliū ibi fuit post resignationem & abiurationem: in nostra vero quaestione renuntiatio fuit facta post spoliū, & ideo inuoluntaria praesumitur. Sed his non obstantibus contrarium est tenendum, imo quod agenti interdicitur unde vbi, in causa beneficii vel alia, obest renuntiatio cum iuramento sponte praestito facta post spoliationem de non molestando spoliatorem in iudicio, vel extra, vel de non agendo, vel restitutionem petendo, vel si renuntiatio iurata fiat ipsius possessoris, iuxta gloss. singularem, quae hoc tenet, in summa. 3. q. 1. vbi gl. numerat multos casus, in quibus spoliato non est facienda restitutio. Et inter alios inquit gloss. Item obstat spoliato exceptio iurifurandi vel pacti, secundum quosdam, ut extra, de restit. spol. c. accepta, quae gl. debet intelligi, quando iuramentum vel pactum est factum super ipso spolio, scilicet, ei renuntiando, ut ex infra dicendis apparebit. Et ita hanc opinionem aliquibus fundamentis sequitur & probat Rota de restit. spol. in nouis decis. 18. alias 401. dicens, ita fuisse conclusum & determinatum, quam decisionem refert & sequitur alios

allegans Felinus in cap. causam qua, num. 24. & 25. de rescrip. & latius & melius omnibus pluribus & præcipuis fundamentis eam probat, alios plures Doctores antiquos allegans Roderic. Suar. vbi supra, in versis. pro alia parte facimus sequentia, vsque ad fin. dict. allegationis, vbi respondet fundamentis contrariae partis.

Et præcipue ad text. in d. c. sollicito, quod ibi non fuit renuntiatum possessorio, de quo agitur interdicitur recuperandæ, sed tantum petitorio, quod obstat in possessorio, iuxta gl. ibi in d. cap. sollicito, quæ ita declarat text. illum, & constat ex ipso quia ibi clericus renuntiauit Ecclesie, non vero spolio. Unde si renuntiauerit spolio, & sic iudicio possessorio, aliud esset, nec enim tunc praesumitur inuoluntaria renuntiatio, nec doli, nec metus, nisi probetur, vel ex aliis coniecturis id appareat, ut puta, quia spoliatus renuntiauit modico vel nihilo sibi dato, & erat defectus iustitiæ, & spoliatus homo pauper, oppressus: spoliatus homo diues, habens fauorem & patentiam, quia iis & aliis coniecturatis iunctis cum spoliatione induceretur praesumptio metus, & non spontaneæ renuntiationis, venditionis, seu transactionis. Et sic intelligitur text. in d. c. super hoc, de renuntiat. & in d. c. sollicito secundum Anton. ibi, & Rodericus Suarez, vbi supra, qui latissime hoc probat, & allegat plures Doctores supradicto modo intelligentes dict. cap. sollicito, scilicet, quando renuntiatio fuit facta in petitorio, quod non impediat restitutionem in possessorio, & quod secus esset, si fieret in possessorio: & quia ipse optime hoc declarat, amplius nunc non referam ex eius scriptis. Eandem etiam opinionem & intellectum ad dict. cap. sollicito, tenent plures relati per Jacob. Menoch. in dict. suo tract. de recuper. poss. in 1. remed. recuper. num. 263. & sequens. hanc etiam opin. principalem de iuramento sequitur alios allegans Rebuff. in praxi benefice. in rubric. de vi in resignat. adhibita, num. 7. fol. 492. dicens, inuidiabiliter debere obseruari hoc casu iuramentum, & num. 8. limitat & bene probat secus esse, si resignans impetrauerit litem releuamenti ab hoc iuramento, præhabita illius dispensatione. Eandem etiam opin. principalem sequitur plures allegans & optime satisfaciens difficultatibus contra hanc partem facientibus, Jacob. Menoch. vbi supra dict. 1. remed. recuper. num. 287. & sequens. fol. 35. qui num. 281. & sequens. plures allegans, idem esse affirmat, quando spoliatus post spoliationem cum spoliato pepigit se possessorio non acturum, vel de non molestando possessorem, & num. 286. limitat hoc vltimum cum Beroio, quando causa spolij publica est, ut in Ecclesia spoliata, dum tamen causa sit principaliter Ecclesie, secus si secundario, ut cum res & possessio clerici fuit occupata.

Solum dissoluam ex ipso Roderic. Suar. quandam difficultatem, quam res hæc sit intellecta habet. Nam si in casu dict. cap. sollicito, renuntiatio fuit facta in petitorio, videbatur extendenda esse ad possessorium, quandoquidem notorius defectus proprietatis virtute renuntiationis ipsius in beneficiis impedit restitutionem possessionis spoliato alias faciendæ, iuxta notata per gl. & alios in c. ad decimas, de restit. spol. in 6. & per text. in d. cap. accepta, ac per consequens validam esse dictam renuntiationem iuramam, iuxta proxime dicta. Quare Anton. & Abb. & eos referens Roder. Suar. vbi supra, satisfaciunt huic difficultati

dicentes, quod in d. cap. accepta, renuntiatio proprietatis fuit facta iudicialiter in manib. superioris spontanea voluntate, quo casu præiudicat, & obstat etiam in possessorio, quia ex tali renuntiatione causatur notorius defectus in proprietate: secus si talis renuntiatio proprietatis non fiat in iudicio vel in manib. superioris, quia tunc non inducit notorietatem defectus, ac per consequens non extenditur ad possessorium, nec ei parat præiudicium & sic intelligunt d. iura, & limitant d. c. sollicito, secundum quod debemus intelligere dict. cap.

23. In profanis autem ¶ concludit & probat Roder. Suar. vbi supra, quod etiam si renuntiatio sit spontanea, non obstat agenti possessorio, quia per renuntiationem licet ego perdam proprietatem, non tamen acquiratur alteri, & in profanis non obstat exceptio proprietatis, nisi fundetur dominium in persona excipientis, ut dicit gl. in d. c. ad decimas, & Abb. Anton. & omnes in cap. in literis, de restit. spol. Unde inferit idem Roder. cum eodem Abb. & Ant. quod si renuntiatio in profanis esset facta tali modo, quod per eam sit translatum ius in alium, quia renuntiauit & cessit aduersario omnia iura sua, tunc exceptio defectus proprietatis obstat agenti interdicitur recuperandæ. Et circa materiam d. cap. sollicito, & dict. cap. accepta, videndus est Rebuff. vbi supra per rotum illud cap. vbi num. 4. sequitur supradictum intellectum, & concordia inter dicta iura, & in fin. capit. præcedentis loquitur etiam in proposito, dict. cap. sollicito. Et Iacob. Menoch. vbi supra, vbi videtur reprobare intellectum Abb. & aliorum ad dicta iura & alium assignat, quem non refero, quia mihi superior placet, & Iac. Menoch. vbi supra numer. 276. & seq. refert plures DD. tenentes, quod in profanis renuntia-

tio dominij facta post spoliū coram iudice competenti, qui de causa cognosceret, impedit restitutionem possessionis, quæ alias fieri debebat spoliato, & quod in beneficiis non valet suprad. renuntiatio dominij alteri facta, nisi in manibus superioris, & quod ab ipso vel notario ipsius nomine admittatur, & non obstat d. c. post electionem. Quia in casu illius text. vel non constabat de resignatione vel abiuratione, licet fuit allegatum, vel si constabat, ideo iubetur, ut prima institutio sortiat effectum, quia ille, cui secundo fuit prouisus Archidiaconatus, contra iustitiæ regulam in Archidiaconatum alterius uiuentis, prima institutione secundum iuris ordinem non cassata, & sic non vacante Archidiaconatu, prouehi se consentit, quo casu non potuit nec debuit in alium rite transferri dictus Archidiaconatus. Ita constat expressè ex d. text. in vers. quoniam, vsque in finem: pro quo etiam est bonus text. 1. cap. inter dilectos, de excessib. prælat. vbi collatio beneficii facta secundo, non reprobata prima est nulla & collator, quia inconstanter se habuit in hoc facto, non reprobata secunda donatione, puniatur in hoc suæ varietatis inconstantia, ut priuatur pro illa vice iure prouidendi dictum beneficium, ut in eo, in quo visus est deliquisse, puniatur. Quod adeo procedit, ut habeat locum, etiam si prima prouisio sit iniusta & reuocanda, ut quia fuerit facta indigno, ut in illo tex. probatur, licet ibi non interuenit resignatio, nec abiuratio primi. Attamen, quia prima prouisio non fuit cassata & collator variauit, ideo ibi illud statuitur, sicut etiam in casu d. c. post electionem, vbi ultra hoc adfuit scientia & consensus secundi prouisi, quod prima institutio non esset reuocata secundum iuris ordinem, & sic prouehi curauit ad beneficium non vacans.

